



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 3. Terræ vani cultores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-52365)

date celi, & exulta terra jubilate montes laudem. Et tres pueri: Benedic terra Domini Dan. 3. 47d num: laudet, & superexalte eum in secula.

Benedicite montes & colles Domino: laudate & superexaltate eum in secula. Atque, ut sexcenta talia prætermittam, quanti terram facit Menander, in Nauclero, ir hunc modum loquens?

O charissima terra mater, quam morta libus Apud Ac then. li. 4.

Mente non captis admodum veneranda es possessio? Dipno soph. Vi etor. 5.

Itaq; fundum à patre relictum si quis adeptus Var. c. 20.

Abligurijs, eum par est ad extremum usq; vitæ nauigare,

Ac terræ nunquam insisterè, ut sentiat,

Cui bono à maioribus accepto non pepercerit.

### §. III.

#### Terra vani cultores.

Sed satis fuit hactenus progredi. Ulterius progressi ceciderunt, in terram collisi. Stetissent, si terram coluisserint, more colonorum. si, inquam, stiuâ eam, non arâ coluisserint. Nam tanti, apud eos, Tellus fuit, ut siderum

siderum & cælestis patriæ oblii, eam ado-

**Arnob.** rarent. Terram quidam è vobis, ait Arno-

**I.3. conrr.** bius, quòd cunctis sufficiat animantibus vi-

**Gent.** etum, matrem esse dixerunt magnam. Ean-

dem hanc alij, quod salutarium seminum

frugem gerat, Cererem esse prouuntiant. Non

nulli autem Vestam, quòd in mundo sicut sola,

ceteris eius partibus mobilitate in perpetua

constitutis. Quod si ratione profertur & asse-

ueratur certa, tria pariter numina, vobis

interpretibus, nulla sunt: non Ceres, non Vesta

deorum esse computabuntur in fastis; non ipsa

denique mater deum, quam Nigidius atti-

mat matrimonium tenuisse Saturni, deareste

poterit nuncupari: siquidem unius terræ ha-

sunt omnia nomina, & his sola prædicationibus

indicatur. In terra, & cum terra multa-

atque præclara beneficia accipimus, sed

dator est Deus, non Deus, quæ nullæ est;

neque summum illud & sublime bonum in

terris est quærendum; quia quidquid ter-

ra propinat, caducum est; cuius bonis vi-

non frui debemus, qui nati sumus, ut diui-

nitate fruamur. Hac via est, quam Philo-

**Lactant.** sophi querunt, ait Lactantius, sed idè nos

**lib de** innenerunt, quia in terra potius, ubi apparen-

**opific.** non potest, querunt. Quos sequuntur ho-

**Dei. c. 20.** mines

mines terreni, hoc est, terram cælo præferentes; qui in fluxa hæc inhiant, more bestiarum. Quibus terra scandalum est, dū scabellum esse deberet, aut fulcrum; quo ad cælum scandunt, quicunque hominem carne non metiuntur. Pulchra homini ante oculos posuit DEVS, vt, ijs in victimam oblatis, pulchriora mereretur adipisci. *Qui si delicatus magis ac tener in hac vita fuerit, quam ratio eius exposcit; si, & ant. de virtute contempta, desiderijs se carnis addixere rit, cadet & premetur in terram,* ait Christianus Cicero. *Sin autem (ut debet) statum suum, quem rectum rectè sortitus est, & promptè constantēque defenderit; si terra, quam calcare ac vincere debet, non seruierit, vitam merebitur sempiternam.*

*Idem La-*  
*vita fuerit, quam ratio eius exposcit; si, & ant. de*  
*virtute contempta, desiderijs se carnis addixere*  
*opific.*

*Dei c. 20.*

#### §. I V.

*Terra situs, & immobilitas, contra quorundam vertiginem, firmata.*

Hac ipsa de cauſā, loco infimo, creata est terra, ut quamuis vtilis, quamuis colribus picta, quamuis auro argentoque preciosa, tamen, etiam in animo nostro, infimum locum obtineret. In compendio dicam. æstimanda est, non adoranda. Ut æstimetur, multa exhibet emolumenta;

T pluri-